



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Vita S. Vvilfridi Archiepissopi Eboracensis: ex historia Ecclesiastica gentis
Anglorum Bedæ Presbyteri. Migravit è corpore Anno salutis 709.
Constantini Papæ 2. cum sedisset annos 45.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

*Sepelitur in
monasterio
S. Pantaleo-
nis.*

simum corpus octauo ab obitu die Coloniæ
sedis eius metropolim delatum est, & in B. Pa-
taleonis, ab eo, vt diximus, constructa honori-
ficè sepultum: atq; hoc epitaphio decoratum

**EPITAPHIVM S. BRVNO-
nis Archiepiscopi Colo-
niensis.**

Fundite corda preces, lachrymosas mittite voces:

Eccè Pater Patria conditus in silice.

Regia progenies, terras memoranda per omnes

Bruno pacificus: vir bonus atq; pius.

Archos Antistes; cui clara Coloma sedes:

Visus erat cunctis charus vbiq; bonis.

Offendit tenebras lux viuacissima terras;

Inuida lingua tacet: laus modò vera placet.

Non fuit hic mundus tam raro munere dignus:

Raptus ab hoc nœuo, iam fruitur Domino.

Idus Octobris quinto præsul duodenus,

Vitæ concessit: spes comes alma fuit.

*Vide Tom.
8. Annal. C.
Baron.*

VITA S. VVILFRIDI ARCHIEPIS-

copi Eboracensis: ex historia Ecclesiastica gentis

Anglorum Bedæ Presbyteri. Migravit è corpore

Anno salutis 709. Constantini Papa 2. cum se-

disset annos 45.

*12. Octob.
Patria &
paries eius.*

BVilfridus Natione Angl^o Regia pro-
sapia illustris, in ipsa pueritia egregiè
futuræ sanctitatis dedit specimen: si-
quidem cum esset bonæ indolis æratem mori-
bus transiens, ad eò se modèstè & circumspèctè
in omnibus gerebat, vt à maioribus quasi vnus
ex ipsis amaretur & veneraretur. Cùm verbò
quat-

quartumdecimum ætatis attingisset annum monasticum institutum relictiis curis secularibus suscipere cogitabat. Quod ubi patri suo narrauit (iam enim mater obierat) libèter eius votis ac desiderijs cælestibus annuit. Perrexit igitur pius adolescens ad Insulã Lindisfarnensem consilio & suffragijs Reginæ Eanfledæ suffultus, ibique monachorum famulatui se contradens, sedulo ea quæ monasticæ castitatis ac pietatis erant, & discere curabat & agere. Porro ut erat præclari ingenij, addidit brevi tẽpore Psalmos, & aliquot codices: virtutibus interim humilitatis & obedientiæ in tantum studens, ut à senioribus & cõxtaneis suis iusto coleretur affectu.

Et quidem cum in eo monasterio aliquot annos Christo piè militasset, animaduertit minime perfectam esse virtutis viam, quæ à Scotis ibidem commorantibus tradebatur: statuitque Romam proficisci, & qui ibi ritus Ecclesiastici siuè monasteriales seruarentur videre. Quod cum fratribus referret, laudauerunt eius propositum (necdum enim erat attonsus) eumque animi sui conceptum perficere suadebant. Igitur protinus Reginam Eanfledam adiens, indicauit ei desiderium sibi inesse beatorum Apostolorum limina visitandi. Quæ plurimum delectata pio adolescentis affectu, misit eum in Cantiam ad Regem Erconbertum, qui erat filius auunculi sui, postulans ut eum honorificè Romam transmitteret: ubi cum aliquandiu demoratus, diligenter his, quæ inspiciebat, discendis operam daret, superuenit eò alius adolescens Anglus quoque clarus genere, cupiens &

Afficitur ad institutum monasticum.

Scoti in quibusdam ecclesijs errabant: præsertim in tempore Paschalis celebrationis.

*Iter Romam
versus in-
greditur.*

*Detinetur
Lugduni ab
Antistite
Dalsino.*

*Magni eum
facit.*

*Tandem di-
mittit.*

*Peruenit Ro-
mam.*

*Multa ibidē
discit.*

ipse Romam proficisci: Biscop benedictus nūcupatus. Huius ergo comitatus Rex Iocianus VVilfridum: utque illum secū Romam perduceret iussit. Qui cum Lugdunum peruenissent, Dalsinus eius ciuitatis Antistes, Benedicto dimisso, VVilfridum ibi retinuit. Delectabatur siquidem prudentia verborum iuuenis, gratia venusti vultus eius, alacritate actionis, & constantia ac maturitate cogitationis vnde & necessaria quæcunque abundanter ipsi cum socijs suis tempore quo secum erāt subministrabat: offerebat insuper illi partem Galliarum non minimam regendam quin & filiam fratris sui virginem in coniugem: eumque loco adoptiuū habere optabat. Verum ille gratias agens pietati, quam erga eum cum esse peregrinus, habere dignaretur, respondit, propositum se magis alterius conuersationis habere, atque idē patria relicta, Romam iter agere cepisse. Quibus auditis, pius præsul dimisit eum in pace; dato duce itineris, largoque admodum viatico: obsecrans sedulo ut in reditu ad patriam, per se iter facere meminisset.

Veniens autem VVilfridus Romam, & orationibus ac meditationi rerum ecclesiasticarum, ut animo proposuerat quotidiana mancipatus instātia, peruenit ad amicitiam viri sanctissimi ac doctissimi Bonifacij Archidiaconi & consiliarij Pontificis maximi. Cuius magisterio quatuor Euangeliorum libros ex ordine didicit; computum Paschæ rationabilem, & alia multa quæ in patria nequieverat, Ecclesiasticis disciplinis accommodata, eodem instru-

instructore percepit . Et cum menses aliquot
 ibi studijs occupatus felicibus exegisset , redijt
 ad Dalsinum in Galliam, & tres annos apud i-
 psum commoratus, attonsus est ab eo, & in tã-
 to habitus amore, vt heredem sibi illum facere
 cogitaret. Verum idem Antistes à Brunehilda
 Regina nõ multo post iussus est crudeliter obr-
 truciari. Reuersus itaque in Britannia VVilfri-
 dus, coiunctus est amicitijs Aldfridi Regis: qui
 Catholicas Ecclesiæ regulas sequi semper & a-
 mare didicerat. Vndè & illi Rex, quia Catholi-
 cum eũ esse cõperit, egregia dona cõtulit . De-
 sideras igitur Rex vt vir tãtæ eruditionis ac re-
 ligiois, sibi specialiter indiuiduo comitatu sa-
 cerdos esset ac doctor , curauit eum ordinari
 presbyterũ; ac paulo post in Galliã missum, ab
 Agilberto Episcopo Parisiensi Antistitem con-
 secrari : erat tunc VVilfridus annorum plus
 minus triginta . Contigit autem inter hæc
 sedem Eboracensem Pontifice suo priuari:
 Reuersus itaque VVilfridus ex transmarinis
 partibus, eius sedis ac totius Nordam Hum-
 brorum prouinciæ Episcopatum suscipere co-
 gitur.

Porrò ea dignitate iam sublimatus, strenuũ
 sese exhibuit in vinea Domini Operatorem:
 perplura siquidem Catholicæ obseruationis
 moderamina Ecclesijs Anglorum sua doctrina
 contulit. Vndè factum est, vt crescente indies
 institutione Catholica, Scoti omnes qui inter
 Anglos morabantur, aut his manus darent, aut
 suam redirent ad patriam . At his tam fe-
 licibus successibus satan inuidus , excitauit
 diffensionem (incertum qua de caussa) inter
 O a Regem

*In reditu di-
 uerit ad
 Dalsinum:
 & ab eo tonã
 detur.
 De tyrãnide
 istius Regi-
 ne & mise-
 rando eius
 ineritu
 Vide Tom. 8.
 Annal. C.
 Baron.
 VVilfridus
 ordinatur sa-
 cerdos &
 consecratur
 Episcopus E-
 boracensis.*

*Qualis in
 Episcopatu.*

*Amiſſe pel-
li-
am ſede ſua.*

Regem Ecgfridum & S. hunc Antiffitem VVilfridum: qui eum impiè a ſede Episcopatus ſui expulit. Præful verò vt erat iniuriarum patiens, iræ Regiæ pro tempore locum dedit: Romam attamen ire & corâ Chriſti vicario, Pontifice maximo cauſam dicere interim ſtatuit. Nauè verò cum conſcendiſſet ſtante Fauonio pulſus eſt in Friſiam, at honorificè ſuſceptus à barbaris ac Rege illorū Aldigiſto, prædicabat eis Chriſtū: & multa eorū millia verbo veritatis inſtituēs, à peccatorū ſuorum maculis ſacri Baptiſmatis vnda abluit: & quod poſtmodum S. VVillebrordus magna deuotione cōpleuit, ipſe primus ibi opus Euangelicū cepit. Cū itaque hyemem eximio cum fructu ibidem exiſſet, iter Romam verſus repetijt. Vbi poſtquam cauſa eius ventilata eſt præſente Agathone Papa, & pluribus Episcopis ac de fide ſua ſimul & prouinciæ ſuæ inquiſito facta, vniuerſorum iudicio abſque crimine accuſatus fuiſſe Catholicus omninò cum ſuis & Episcopatu planè dignus inuentus eſt.

Apoſtolica igitur benedictione munitus, in Britanniam reuerſus, cum propter Regi inimicitias in ſedem ſuam recipi non poſſet, diuertens ad prouinciã Auſtraliũ Saxonum, eo adhuc tempore paganismo deditam, huic verbum fidei & lauacrum ſalutis miniſtrabat: id concedente, immò indè multum gaudente eorum Rege Ediluuach, non multo antè baptizato in prouinciã Merciorum. Succedente itaque tempore integram illam prouinciã ab idololatriæ ritibus ad fidem Chriſti conuertit: in loco Seoleſeu latine,
Inſula

*Multos in
Friſia cōuer-
ſit ad Chriſti
fidem.*

*S. VVille-
brordi vita
habetur*

*7. Nouemb.
VVilfridus
Romæ decla-
ratus inno-
cens.*

*Conuertit
Saxones in
Angliã.*

Inſula vituli marini, à Regé Ediluuach ſibi donato præclarum fundauit monaſterium, ac regulari vita inſtituit, maximè ex his, quos ſecum adduxerat fratribus. Sicque haud ſolum ſanctus hic præful gentem illam ab ærumna perpetuæ damnationis, verùm & à clade temporalis interitûs eripuit. Siquidem cùm antè aduentum ipſius, trienni ſiccitate afflicti, dira fame opprimerentur ac innumeri interirent, ipſo die quo baptiſma ſuſcipere cepere, deſcendit pluuia ſerena & copioſa, reſloruit terra, redijtque viridantibus aruiſ annuſ lætuſ & frugifer. Veſtè quoque Inſulæ verbi miniſtros deſtinauit: Atque ſic demùm vberima ſpiritali diratuſ meſſe ad ſedem ſuam reuocatuſ Episcopatum ſuum cepit. Verùm vt nihil eſt in hoc mundo ſtabile, quinquennio poſt denuò accuſatuſ, iterum præfulatuſ pulſuſ eſt. Cogiturque reiterare profectio- nem Romam verſuſ; ibidem verò cum præſentibus accuſatoribus accepiffet locum ſeſe defendèdi, tam egregiè cauſam ſuam tutatuſ eſt, conſudentibus coram Episcopis pluribus, cum ſummo Pontifice * Iohanne, vt omnium iudicio probatuſ ſit accuſatores eiſ nonnulla in parte falſas contrà eum eſſe machinatos calumnias: ſcriptumque eſt à præfatuſ Papa Regibus Anglorum Edelredo & Alfrido, vt eum in Episcopatum ſuum, vndè iniuſtè eiſ eſt iectuſ erat, facerent recipi. Iuuit autem plurimùm cauſam huiſ abſolutionis eiſ, lectio præcedentis ſub Papa Agathone imperita.

Dimiſſuſ itaque S. V Vilfriduſ magno cum

O 3 hono-

*Condit me-
naſterium in
ſcoleſu.*

*Reſtituitur
ſedi ſua.*

*Iterum pri-
uatur præ-
fulatu.*

** eiſ nomi-
niſ ſeptimo.
Rurſuſ Ro-
ma declaratuſ
innocent.*

*In Gallijs
grauissimè
infirmatur.
S. VVilfridi
di. 166.*

*Est in pa-
tuitur.*

Conualescit.

*Mira visio ei
oblata.*

*In quid va-
leant oratio-
nes confra-
trum.*

honore, cum ad Britanniam tendens in Gal-
liarum partes deuenisset, tactus est infir-
mitate repentina, & ea crescente adeò pres-
sus, vt equo vehi non posset, sed manibus
ministorum portaretur in grabato. Sic de-
latus in ciuitatem Meldum Gallia, quatri-
duo quasi mortuus iacebat; habitu tantum
pertenui, quia viueret demonstrans. Cumque
ita sine cibo & potu, sine voce & auditu
perseueraret, quinta demum illucescente die,
quasi de graui expergefactus somno exurgens
resedit: apertisque oculis videns circa se cho-
ros psallentium simul & stentium fratrum, mo-
dicum suspirans interrogauit vbi esset Acca
presbyter; qui statim vocatus intrauit; & vi-
dens eum melius habentem, ac loqui iam va-
lentem, flexis genibus gratias egit Deo cum om-
nibus qui aderant fratribus. Et cum pa-
rum cõsedissent, ac de supernis iudicijs tre-
pidi aliquantum differere cepissent, iussit Põ-
tifex ceteros ad horã egredi; & ad Acca pres-
byterũ ita loqui exorsus est: Visio mihi modò
tremenda apparuit; quã te audire ac silẽtio re-
gere volo: donec sciã quid de me fieri velit De-
us. Adstitit. n. mihi quidã cãdidò præclarus ha-
bitu, dicẽs se esse Michaelẽ Archangelũ, & ob
hoc, inquit, missus sum, vt te à morte reuocem.
Donauit enim tibi Dominus vitã per orationes
ac lachrymas discipulorũ & fratrum tuorum
& per intercessionẽ suã beatã genitricis sem-
perque virginis Mariã. Quapropter dico tibi,
quia modo quidẽ ab infirmitate hac sanaberis
sed paratus esto: quia post quadrienniũ reuer-
tens visitabo te. In patriam verò perueniens
maxi-

maximam possessionum tuarum, quæ tibi ablatæ sunt, portionem recipies : atque in pace tranquilla vitam terminabis.

Conualuit igitur sacer Antistes cunctis congratulantibus & Deo gratias agentibus, ceptoque itinere in Britanniam venit. Lectis autem literis quas ab Apostolico Papa adduxerat, Bertuualdus Archiepiscopus & Edilredus quondam Rex, tunc autem pro Christo abdicatione Regni factus Abbas, libentissimè fauerunt. Sed enim Edilredus accitum ad se Coenredum, cui Regnum suum cōtradiderat, amicum Episcopo fieri petijt & impetrauit, verùm Aldfridus Nordanhumbrorum Rex eum suscipere contempsit : qui nec longo post tempore super vixit. Eo itaque vita functo & Regnante filio eius Osredo, mox synodo facta iuxta fluium Nidd, post aliquantã vtriusque partis concertationem, tandem cunctis fauentibus in præfulatu suæ receptus est Ecclesiæ. Post quæ quadriennio vita in pace trāscursa sanctus Præsul feliciter obiit in monasterio suo, quod habebat in prouincia * vnda-

Iterum re-
stituitur sedē
sua.

Felicissimè
obit.

** Fundalum.*

** Hripum.*

Locus sepul-
ture eius.

Epitaphium
eius.

AEdificauit
ecclesiam B.

Petri Apo-
stoli.

lum, sub regimine Cudbaldi abbatis: indè verò ministerio fratrum perlatus in primum suū monasteriū à Rege Aldfrido ipsi donatū quod dicitur * Inthypum, multis funus honestantium lachrymis, honorificè admodum humanit̃ est in Ecclesia Beati Apostoli Petri quā ibidē edificarat: atq; hoc insigni Epitaphio decorat̃.

Vilfrid hic magnus requiescit corpore præsul;
Hanc Domino qui aulam, ductus pietatis amore,
Fecit: & eximio sacravit nomine Petri.

O 4

Cui

Cui clauēs celi Christus dedit arbiter orbis:
 Atque auro ac Tyrio deuotus vestijt oftro.
 Quinetiam sublime crucis radiante metallo
 Hic posuit tropheum: nec non & quatuor auro
 Scribi Euangelij præcepit in ordine libros:
 Ac thecam e rutilo his condignam condidit auro.
 Paschalis qui etiam solennia tempora cursus,
 Catholici ad iustum correxit dogma Canonis,
 Quem statuere Patres: dubioq; errore remoto,
 Certa sua, genti ostendit moderamina ritus.
 Inq; locis istis monachorum examina crebra
 Colligit: ac monitis, cauitque regula Patrum
 Sedulus instituit: multisq; domiq; forisq;
 Iactatus nimium per tempora longa periculis,
 Quindecies ternes postquam egit Episcopus an-
 nos.
 Transiit, & gaudens caelestia regna petiuit.
 Dona Ihesu vt grex pastoris calle sequatur.

Quid eidem
 contulerit.

Qua corre-
 xit, & alia
 que fecit.

Quanta pas-
 sus.

Tempus obi-
 tus eius.
 Oratio.

MARTYRIVM SEPTEM FRANCIS-

Vide Notat. canorum: Danielis, Samuelis, Angeli, Domini
 C. Baron. ad Leonis, Nicolai & Hugolini à Saracenis occi-
 Martyr sorum anno 1221. Ex eo quod est apud V nab.
 Roman. Pat., Laur. SUR,

13. Octob.

Proficiscun-
 tur ad Sara-
 cenos.

FRATER Daniel Minister prouincia
 Calabriae, vir admiranda sanctitate &
 martyrio illustris, cum sex fratribus,
 impetrata facultate ab Elia generali Ministro
 beatissimi Patris Francisci Vicario, e Tuscia in
 regionem Saracenorum Christi predicaturus
 Eangelium profectus est, Cumque ad urbem
 Septam